

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Vtrum Theologia potius practica an speculativa dicenda sit. disput. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

cam & speculatiuum, quam habent formaliter, sed quo ad rationem practicam & speculatiuum scientiarum inferiorum. Theologia namque & Scientia diuina eminenter continent Metaphysicam & Philosophiam moralem, & subinde rationem practicam & speculatiuum harum scientiarum. Quemadmodum etiam Deus per eandem cognitionem non solum formaliter est intelligens, sed etiam eminenter: non tamen est eminenter intelligens quasi suam propriam cognitionem eminenter habeat: sed quia ratione creatam cognitionem in sua increata eminenter continet. Quo etiam modo solum vim calefaciens habet, tum formaliter, tum eminenter: formaliter quidem suam propriam, hoc est, lucem, eminenter vero vim calefaciens ignis, hoc est, ignis calorem: lumen enim virtute calor est, cum calorem efficiat.

*Deus qua ratione simul sit formaliter & eminenter intelligens.*

### D I S P U T A T I O . III.

Vtrum Theologia potius speculativa, quam practica dicenda sit.

*Gregorij,  
Durandi, &  
Richardi  
opinio seconde  
tum  
Primi.*

Secundo.

Tertio.

Theologia  
potius specu-  
lativa quam  
practica nu-  
meranda.

Cum ostensum sit, Theologiam partim esse practicam, partim speculativam, disputandum restat, quid horum potius ei conueniat. Gregorius, q. Prologi artic. vlt. existimat, eam esse magis practicam. Quod probat primò, quia in Theologia multò plura principia, & multò plures conclusiones practicae sunt, quam speculativae, ut patet legenti Scripturam Sacram, & percurrenti conclusiones, quia ex reuelatis deducuntur.

Secundo, quia Philosophia moralis, licet admisceatur, aliquia ad speculationem suapte natura pertinentia: quia tamen illa ordinantur ad practica documenta, que vel ex illis deducuntur, vel illis cognitis melius percipiuntur, dicitur nihilominus simpliciter practica, & non speculativa: sed in Theologia etiam ex aliquibus propositionibus, que suapte natura sub speculationem cadunt, inferuntur practicae conclusiones, ut ex eo, quod Deus sit summum bonum, prima causa, creator, & gubernator noster, & quod pro nobis ad uniuersum hypotheticam assumpferit naturam humanam, recte infertur, à nobis esse diligendum, colendum atque omni obsequio prosequendum: ergo Theologia simili modo potius practica, quam speculativa dicenda erit.

Confirmatur deinde ex illo Matth. 22. in his duobus mandatis (de dilectione scilicet Dei, & proximi, que consistit esse practica) uniuersa lex pendet & prophetas, &c. ad Timotheum 3. omnis scriptura dimittitur inspirata visus est, ad docendum, ad argendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instruetus. Et Iacob. 1. commendantur non auditores verbi huic doctrina, sed factores. In eadem sententia sunt Durandus q. 6. Prologi, & Richardus quæst. 4.

Quamvis opinio haec probabilitate non careat, adhucendum tamen potius est Diuino Thomæ hoc loco, qui Theologiam censet potius speculativam, quam practicam nuncipandam. Diuini Thomam sequuntur Caetanus hoc loco, Capreolus q. 2. prologi ad Argumenta contra sextam conclusionem, Canus 12. de locis capite 2. Adducor autem in hanc sententiam, quia scientia ex obiecto præcipuo, ad quod cætera attributionem habent, est iudicanda: unde cum obiectum attributionis Theologiae (ut articulo 7. videlicet) sit Deus, & haec scientia, ea

ex parte, qua cognitionis Dei est in se, simpliciter sit speculativa: simpliciter nuncipanda potius erit speculativa quam practica. Neque refert, quid cognitionem Dei in se expetere debeamus in hac vita, vt inde alliciamur ad Deum amandum, colendum, ei que obtemperandum, ut ea ratione salutem animarum nostrarum, vitamque eternam consequamur, de quo fine Petrus i. sua canon. cap. 1. ait, Reportantes finem fidem vestre salutem animarum vestrarum: immo vero nec quod Deus ipse ad eundem finem eam nobis reuelauerit: quia huiusmodi finis non est ipsius scientie in se spectata: cum formaliter nihil de opere praefribat, neque dirigat opus: sed est finis ipsius scientis, atque tradentis disciplinam, iudicium autem de qualibet scientia, ad practicaliter, an ad speculativam pertineat, non ex fine scientis, aut tradentis disciplinam, qui scientie est extrinsecus, sed ex fine ipsius scientie in se spectata est sumendum.

Ad primum ergo Gregorij argumentum dicendum est, licet id, quod afferatur, est verum loquendo de Theologia quod totam suam latitudinem, comparatione tamen obiecti præcipui ad quod cætera attributionem habent, & ex quo potissimum scientia iudicanda est utrum sit practica, an speculativa, non esse verum.

Ad secundum neganda est consequentia, quia philosophia moralis circa obiectum præcipuum est practica, & non speculativa: admiscetur vero speculativa nonnulla, ut melius intelligantur practica: Theologia vero quod suum obiectum præcipuum, simpliciter est speculativa: nec moralia considerat, nisi per attributionem ad obiectum præcipuum.

Ad primum vero testimonium pro confirmatione adductum, dicendum est primò, in illis duabus mandatis pendere uniuersam legem & prophetas, quo ad moralia quia in lege & prophetis præcipiuntur: omnia namque ordinantur ad dilectionem Dei & proximi. Secundò dicendum est, in illis duabus mandatis pendere legem & prophetas: quia illa sunt finis, ad quem à Deo reuelante ordinantur lex & prophetæ, & uniuersa Scriptura sacra: idemque esse deber finis noster in sacris literis addiscendit, ut dictum est, hoc tamen non obstat, quominus finis ipsius scientie in se spectata quo ad obiectum principale non sit aliud, quam contemplatio & cognitionis obiecti.

Ad secundum vero testimonium dicendum est, licet sit utilis ad eum finem cognitionis deo speculativa, itemque ad Deum amandum eique omni in re obtemperandum: cum hoc tamen non pugnare, quod quatenus tradit cognitionem præcipui obiecti fidei & Theologiae, in se sit speculativa, & non notitia practica, ut dictum est.

Ad postremum Scripturæ locum dicendum, ex eo solum probari, laudem & meritum nostrum non pendere ex cognitione, sed ex adimplitione eorum, que in sacris literis præcipiuntur, quod libenter concedimus.

### A R T I C V L U S . V.

Vtrum sacra doctrina sit dignior ceteris scientiis.



ONCLVSIO Diuini Thomæ est. Cum sacra Conclusio doctrina simul sit speculativa & practica, D. Tho. qua ratione speculativa est, omnes disciplinas